Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów.
Zespół (fond) 141.

ZBIÓR ALEKSANDRA CZOŁOWSKIEGO

Dział (opis) I

1812. Akta kościoła w Żmigrodzie.

STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE

BIBLJOTEKA OSSOLIŃSKICH
ZBIÓR Dr. A. CZOŁOWSKIEGO
Nr. rękopisu 1812

Zmigrod (kościół) 1668 1.

Actum in Castro Sanocensi, Feriâ Sextâ post Dominicam Lætare Quadragesimalem proximâ, Annô Domini Millesimô, Sexcentesimô, Sexagesimô, Octavô.

Comparens personaliter coram Officio Actisq; præsen Castren Capitanealibus Sanocen Illris et Mgcus Constantinus Christophorus Horybuth Dux in Wisniowiec et Zbaraz Sanus mente et Corpore existens a Terris, Districtibus, Juribus, Jurisdictionibus Suis quibusvis propriis et Competentibus recedendo, præsenti vero Castrensi, Capitaneali, Sanocensi, Jurisdictioni, se, cum Succeſsoribus ac Bonis Suis gnaliter omnibus, quoad actum præsentem attinet, totaliter et plenariè incorporando, atq; Subjiciendo, palàm, liberè, publicè, ac per Expreſsum Recognovit. Quia Ipse Cogitatum Suum Jactans in Domino, Sepulto Corpore piæ memoriæ Defunctæ Olim Illustris et Mgcæ Ursulæ Thereſsiæ de magna Konczyce Consortis Suæ Desideratiſsimæ in Ecclesia Parochiali in Oppido Zmigrod Sub Patrocinio Sanctorum Petri et Pauli Apostolorum Erecta, In Eademque Ecclesia Altari Sub Titulo Sacratiſsimi Corporis Christi extanti,

pia Intentione

1812

pia Intentione cupiens providere et applicare Reverendum Altaristam seu Sacerdotem Actu Præsbyterum ad Incrementum Cultus Divini, in Suffragium vero Animæ Defunctæ Olim Prænominatæ Consortis Sui Agentis, pro Sustentatione Ejusdem Sacerdotis Sive Altaristæ temporibus perpetuis Duraturi. Provisionem annuam Seu censum Fundo perpetuo inhærentem et nunquam redimendum, Trecentos Quinquaginta Florenos Polonicales monetæ et numeri in Regno Currentis, quemlibet Florenum Grossis Triginta Polonicalibus computando, in et Super Bonis Suis Hæreditariis Infrascriptis, Videlicet in tota et integra medietate Oppidi Zmigrod, Villisq totis eo Spectantibus, Lysagora, Wisnia, Ropianka, et Olchowiec Nuncupatis, in Palatinatu Cracoviensi, Districtu vero Bieccensi, Consistentibus, a Gnosa Cristina de Zmigrod Gnosi Samuelis a Stoki Stokowski Consorte legitima Jure Donationis perpetuæ acquisitis Inscribit, assecurat, et demonstrat, Bonaq præfata Sua, Censu prædicto, perpetuo Onerat. Quam quidem Summam Suprascriptam Trecentorum Quinquaginta Floren: Polon: Provisionis annuæ seu Census Fundo perpetuo annexi et Inhæren: nunquam redimendi Suprascriptus Illustris et Mgcus Agens, Se Suosq Successores, ac Bonorum prædictorum Succedaneos Hæredes et Possessores, de Proventibus Bonorum Censu præfato oneratorum Prænominato Reverendo Altaristæ, Ejusq Succedaneis Altaristis, mediante manuali Quietatione Ipsius Singulis annis pro quolibet Die Festo Sancti Martini Pontificis et Confessoris perpetuis temporibus Solvere Inscribit et Obligat, prout præsentibus Inscripsit et obligavit. Idque Sub Vadio Census Correspondenti Similis Summæ videlicet aliorum Trecentorum Quinquaginta Floren: Polon:, in Casu per se Agentem, Suosque Successores, ac Bonorum præfatorum Provisione seu Censu annuali Fundo annexo Hæredes et Possessores, Eidem Reverendo Altaristæ seu Sacerdoti Actu Præsbytero, Ipsiusque Succedaneis, præsenti

Inscriptione

Inscriptione ad Solvendum Succubendo et luendo. In qua quidem Bona Suprascripta, prænominato censu onerata, Prænominatus Illustris et Mgcus Rgns, Eidem Rndo Altaristæ Seu Sacerdoti actu Presbytero, Ejusq Succedaneis Altaristis perpetuo Duraturis, Coram Officio præsenti Castren Capitan Sanocen dat et admittit præsentibus realem Intromissionem, et actualem pacificamq Possessionem cum præsentaneo usufructu Eorundem Bonorum censu prænominato seu Provisione Oneratorum, Die quacunq voluerit per Ministerialem quemvis Gnalem, et Nobiles Duos quosvis Ipsi nunc ab Officio ptenti ad hoc Idem negotium additos et Deputatos Officiose Capiendam et assumendam: Per Ipsum Rndum Altaristam Seu Sacerdotem actu Presbyterum perpetuo duraturum, Ejusq Succedaneos, perpetuo Duraturos Censum præfatum per se Rgntem inscriptum, tenendi, habendi et utifruendi, ac ad usus Suos convertendi, Debetq et tenebitur Prænominatus Illustris et Mgcus Constantinus Christophorus Korybuth Dux in Wisniowiec et Zbaraz Rgns, prout se cum Suis Successoribus in et Super Bonis Suis generaliter Omnibus censu præfato oneratis, Prænominato Rndo Altaristæ, Seu Sacerdoti actu Presbytero perpetuo duraturo Inscribit, et Obligat præsentibus, Ipsum, et Ejus Succedaneos perpetuo Duraturos, in Dictis Bonis censu, Seu Provisione oneratis, et Ratione Eorundem Bonorum Provisione seu censu Oneratorum, ab Omni et quavis Impetitione Juridica quarumcunq Personarum, Cujuscunq Conditionis, Status, et Sexus cujusvis existentium, in Omni Judicio et Officio Regni, Semper toties, quoties opus fuerit, tueri, defendere, evincere, intercedere, et eliberare, Indemnemq cum Successoribus reddere, Nec non bona præfata præsenti Provisione seu censu Onerata, ab omnibus in genere Juribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus Super Bonis Præfatis Provisione ac censu Oneratis, in quovis Judicio et Officio Regni factis et faciendis, tum etiam a quibusvis Citationibus et Concitationibus

bus

bus in Eisdem Bonis præfatis Provisione seu censu Oneratis, Importatis et importandis, Lucris deniq et Perlucris, Processibusq Iuris quibusvis in quo puncto et gradu Iuris dependentibus, et in quovis Iudicio et Officio Regni obtentis et obtinendis, Eisdem bonis præfatis Provisione et censu Oneratis, perductis et perducendis emundare et eliberare, mundaq et libera semper facere, ac etiam Intromissionem præfatam coram Officio præsenti Intuitu prædicti Census admissam, in Fundo bonorum præfatorum Censu præfato Oneratorum, dum per Mtem et Nobiles Officiosè requiretur non denegare, imo debebit et tenebitur Eandem libere et effectualiter dare et admittere. Idq Sub Damnis Terrestribus Simpliciter absq corporali Iuramento taxandis, et edicendis, per prædictum Rgntem Illrem et Mgcum Constantinum Christophorum Korybuth Ducem in Wisniowiec et Zbaraz, Sive eius Successores prædictorum bonorum Hæredes et Possessores, Eidem Rndo Altaristæ seu Sacerdoti actu Præsbytero perpetuo duraturo, Eiusq Succedaneis perpetuo Duraturis, in Casu non Completionis præmissorum Omnium et Singulorum, ad Solvendum, toties, quoties opus fuerit, Succumbendis. Pro quibus quidem, Vadio atq Damnis Terrestribus Simpliciter absq Corporali Iuramento taxandis et edicendis, ac pro Re aliqua Principali ex Præmissis non Completa, complendisq præmissis, Citatus existens memoratus Recognoscens Illustris et Mgcus Constantinus Christophorus Korybuth Dux in Wisniowiec et Zbaraz, Sive Eius Successores Bonorumq præfatorum Censu seu Provisione oneratorum Hæredes, et Possessores, Ad Instantiam Rndi Altaristæ, Seu Sacerdotis Actu Præsbyteri perpetuo duraturi, vel Ipsius Succedaneorum perpetuo duraturorum, Ad Officium Castrense Capitaneale Biecense sive etiam coram Iudicio Terrestri Cracoviensi, ad quod prius ex Præmissis Citabitur, extunc Recessu Suprascripto quoad respondendum Spectat, mediante, Semper in primo Citationis Termino, tanquam peremptorio, Stare, Iuri parere, respondere, Vadium, ratione non persolutionis Summæ essentialis Census annui Trecentorum Quinquaginta Floren Polon, Damna vero Præfata Terrestria Ratione non Evictionis ab Impedimentis, luere, Inscriptioni

huic

huic satisfacere, ac omne Judicatum pati, debebit et tenebitur, seq ac Suos Successores prædictorum bonorum censu seu Provisione præfata Onera torum Hæredes et Possessores, ad eadem Omnia Obligat, Eundem Terminum primum peremptorium, uti et alios Omnes exinde Consequentes Causæ Ejusdem Terminos semper peremptorios, vera Infirmitate, pro majori, minorennitate Successorum, Legatione intra vel extra Regnum, Servitio militari, ad Evictorem, ad munimenta, vel aliis quibusvis Dilationibus, et legalibus impedimentis, non differendo, Ad Quietationem etiam ultra proximos Terminos Officij Præfati Castren. Capitli Biecen. vel etiam Vadij Terrestris Cracovien. ad quod prius ex præmissis citabitur, Dilationem Sibi non recipiendo, nullasq Motiones, Protestationes, ac earum Prosecutiones faciendo, Præmissaq Omnia pænis Simplicibus, vel triplicatis, Evasionibus, Suspensionibus, Fataliis Juris, præscriptione Terrestri, Bello, Conventioneq tum et aliis Omnibus Juris remediis et Defensis non Subterfugiendo, nec evadendo, præsenti Inscriptione mediante. Quo quidem Censu modo Suprascripto in Præfatis Bonis inhærente, Provisioneq demonstrata, Prænominatus Reverendus Altarista existens perpetuo Provisus, a Sancta Romana Ecclesia Catholica actu Præsbyter legitime ordinatus, per se vero, Suiq Rgntis Successores, Jure Collationis perpetuæ præsentandus, Officia Infrascripta Ipsum Ejusq Succedaneos ex vi præsentis Inscriptionis Obligatoriæ perpetuis temporibus adimplere tenebitur, Ejusq Succedanei tenebuntur, Videlicet Altare Suprascriptum, bis in qualibet Septimana Officiabit, Unum Missæ Sacrificium qualibet Feria Quarta de Sanctissima Trinitate celebrabit, Alterum Sacrificium Missæ Feria Sexta pro anima Piæ Defunctæ olim Prænominatæ Consortis Sui Recognoscentis, Offeret. Confraternitatem Sacri Scapularis per Præfatam olim Consortem Sui Recognoscentis in prædictam Ecclesiam Parochialem Introductam, promovebit, in Cursu seu Officio Parvo de Beata Maria Virgine

decantando

decantando, in Prædicta Ecclesia, Oppido Zmigrod Fundato Admodum Reverendum Præpositum Præfatæ Ecclesiæ, Ejusq Succedaneos, Iuvabit, Diebus Dominicis, aliisq Festis Solennibus Processionibus aderit. Quod si vero Prænominatum Altaristam ad altius Beneficium Ecclesiasticum ascendere contigerit, Extunc prædictum Munus Altaristæ in Manus Legitimi Collatoris resignare tenebitur, nec illud cum alio quocunq Beneficio insimul obire, tenereq poterit, Collator autem alium Sacerdotem præsentabit, Instituendum Conditionibus Suprascriptis, sub Ratihabitione Illustrissimi et Reverendissimi Domini Loci Ordinarij Episcopi Cracovien. Ducis Severiæ perpetuo Curatoris Approbationeq Ejus Robur Suum firmius habituris. Idque Sub pœnis Arbitrariis per Illustrissimum et Reverendissimum Loci Ordinarium Ad Instantiam Suorum Successorum et Bonorum Præfatorum Hæredum et Possessorum, toties quoties opus fuerit, irrogandis et Vindicandis.

Dionesius Wierzchowski
mpp

Legit Radomski

8,

250.

44

Illustris et Mg^cus Constantinus Christophorus Korybuth Dux in Wisniowiec et Zbaraz Rndo Altaristæ Ecclesiæ Parochialis in Zmigrod Sitt Summam Census annui 350 Floren Polen quotanniter Solvendi et nunquam Redimendi

Inscribit

In Cro Sanocen 1668

F. 6. pt Dm Lætare Zdlem proxima

Extractum Præsentis Inscriptionis Census procuravi d 30 Maij A^o 1783 R. Ltam: Michalski Snepiecz Emijs

9na

Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :

DIGITAL – CENTER

ul. Ostatnia 17
60-102 Poznań
www.digital-center.pl
biuro@digital-center.pl
tel./fax (0-61) 665 82 72
tel./fax (0-61) 665 82 82

Wszelkie prawa producenta i właściciela zastrzeżone.
Kopiowanie, wypożyczenie, oraz publiczne odtwarzanie w całości lub we fragmentach zabronione.

All rights reserved. Unauthorized copying, reproduction, lending, public performance and broadcasting of the whole or fragments prohibited.